

principio, cœlesti & diuina origine in  
 terrena corpora transfusa, specialibus  
 quoque iam dictis nominibus indige-  
 tant. Quando ergo Chymicus diuer-  
 sos nominum colores remedijs indu-  
 cit, & ea ex altiore principio deriuat, a-  
 deoq; primordia rerum omnium, spre-  
 tis communibus Philosophorum cæte-  
 rorum elementis constituit, hoc ipso  
 iam à Medico Pharmacopœo diuersus  
 esse putatur. At si exactiùs nonnihil rem  
 expendamus, vel nullum omnino dis-  
 crimen futurum est, vel id solum, quod  
 ad rem Chymici haud vlla ratione per-  
 tinebit. Quantumuis enim complacuit  
 nonnullis, nominum fertilitate com-  
 mendatiorem reddere medicamento-  
 rum segetem, re tamen vna eademque  
 existente, quid ea varietas discriminis  
 importabit? Materiam perlatam, Man-  
 nam, Quintam essentiam paulo accura-  
 tiùs suis amiculis denudatam profert  
 Chymicus: quam tamẽ Medicus phar-  
 macopœus decocti vel infusi, minùs li-  
 cet sinceri, at suo pposito magis idonei  
 denominatione exprimere mauult. In-  
 terea rectissimis multorum iudicijs im

O

pro-temerè mu-  
 Nomina nō